

PROPRIO DE LA MISA

CONMEMORACIÓN DE SAN PABLO

Apóstol

30 de Junio - Fiesta clase 3.^a - Rojo

2 Timoteo 1.12; Salmo 138.1-2

SCIO cui crédidi, et certus sum, quia potens est depósitum meum serváre in illum diem, justus iudex. *Ps.* Dómine, probásti me, et cog-novísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrecciónem meam. *V.* Gloria Patri.

DEUS, qui multitudínem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis, quæsumus; ut, cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dómi-num .

Gálatas 1.11-20

FRATRES: Notum vobis fácio Evan-gélium quod evangelizátum est a me, quia non est secúndum hómi-nem: neque enim ego ab hómine accépi illud, neque didici, sed per revelatióem Jesu Christi. Audístis enim conversatióem meam ali-quándo in Judaísmo: quóniam supra modum persequébar Ecclésiám Dei, et expugnábam illam, et proficiébam in Judaísmo supra multos coetáneos meos in género meo, abundántius æmulátor existens paternárum meá-rum traditiónum. Cum autem plá-cuit ei, qui me segregávit ex útero matris meæ, et vocávit per grátiam suam, ut reveláret Fílium suum in me, ut evangelizárem illum in génti-

INTROITO

Sé en quién he puesto mi confianza y cierto estoy de que es poderoso para guardar mi depósito hasta el día aquél en que et justo juez, aparecerá. Salmo. Señor, tú me has probado y me conoces : tú sabes todo lo mío, la hora de mi muerte y la de mi resurrección. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que has instruido muchedumbre de pueblos gentiles por la predicación del apóstol san Pablo; haz que sintamos en nosotros la protección de aquél cuya entrada en el cielo celebramos.

CONMEMORACIÓN SAN PEDRO

EPÍSTOLA

Hermanos: Os hago saber que el Evan-gelio que yo os he predicado, no es de in-spiración humana; pues no lo he recibido ni aprendido de hombre alguno, sino por revelación de Jesucristo. Porque ya habéis oído contar mi comportamiento de otro tiempo en el judaísmo, con qué saña perse-guía a la Iglesia de Dios y la desolaba; y me señalaba en el judaísmo más que muchos compatriotas de mi edad, por mi extrema adhesión a las tradiciones de mis padres. Mas, cuando plugo a aquél que me habia segregado desde el seno de memadre y me habia llamado con su gracia, revelar en mi a su Hijo, para que lo predicase a los gen-tiles, al punto y sin guiarme de la carne ni

bus: continuo non acquirévi carní et sánguini, neque veni Jerosólymam ad antecessóres meos Apóstolos: sed abii in Arábiam: et iterum revérsus sum Damáscum: deínide post annos tres veni Jero-sólymam vidére Petrum, et mansi apud eum diébus quíndecim: álium autem Apostolórum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Dómini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non méntior.

Galatas 2.8-9

QUI operátus est Petro in apostolátum, operátus est et mihi inter gentes: et cognoverunt grátiam Dei, quæ data est mihi. *Ÿ.* Grátia Dei in me vácuá non fuit: sed grátia ejus semper in me manet.

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ.* Sancte Pauli Apóstoli prædicátor veritátis, et doctor géntium, intercede pro nobis. Allelúia.

Mateo 10.16-22

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, et simplices sicut colúmbæ. Cavéte autem ab homínibus. Tradent enim vos in conciliis et in synagógis suis flagellábunt vos: et ad præsidés, et ad reges ducémini propter me in testimónium illis, et géntibus. Cum autem tradent vos, nolíte cogitare quómodo, aut quid loquámini: dábitur enim vos in illa hora quid loquámini. Non enim vos estis qui loquámini, sed Spíritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et insúrgent filii in paréntes, et morte eos afficient: et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.

de la sangre, ni subir a Jerusalén en busca de los que antes de mi habian sido apóstoles, me fui a la Arabia, de donde volví otra vez a Damasco. Luego, al cabo de tres años, subí a Jerusalén para trabar conocimiento con Cefas, y estuve con él quince días. Y a ningún otro apóstol vi mas que a Santiago, el primo del Señor. En todo esto que os escribo, pongo a Dios por testigo de que no miento.

GRADUAL

El que obró en Pedro para hacerle apóstol, ha hecho también de mí el apóstol de las gentes; y han reconocido la gracia de Dios que se me ha dado. *Ÿ.* La gracia de Dios no ha sido en mí estéril ; y permanece siempre en mí.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ.* ¡Oh apóstol san Pablo!, predicador de la verdad y doctor de las gentes, intercede por nosotros. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo dijo Jesús a sus discipulos : Mirad, os envío como ovejas en medio de lobos ; sed, pues, prudentes como las serpientes y sencillos como las palomas. Guardaos de los hombres, porque os entregarán a los sanhedrines y os azotarán en sus sinagogas. Os llevarán por mi causa ante gobernadores y reyes, para dar testimonio ante ellos y ante los gentiles. Y cuando os entregaren, no os preocupéis de cómo o qué habéis de hablar; lo que hayáis de hablar se os dará en aquella hora. Porque no sois vosotros los que hablaréis, el Espíritu del Padre hablará en vosotros. El hermano entregará al hermano a la muerte, y el padre a su hijo, y se alzarán los hijos contra los padres y los harán morir ; seréis odiados por todos a causa de mi nombre; mas el que se sostenga firme hasta el fin, éste se salvará.

Salmo 138.17

MIHI autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

APÓSTOLI tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica: ut, quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut íisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

Mateo 19.28,29

AMEN dico vobis: quod vos, qui reliquistis ómnia, et secúti estis Me, centuplum accipiétis, et vitam æternam possidébítis.

PERCÉPTIS, Dómine, sacraméntis, beáto Paulo Apóstolo tuo interveniéntem, deprecámur: ut, quæ pro illius celebrata sunt glória, nobis proficiant ad medélam. Per Dominum.

OFERTORIO

Veo, ¡Oh Dios!, que honras sobremanera a tus amigos, y que su poderío se acrecienta grandemente.

SECRETA

Santifica Señor, estas ofrendas de tu pueblo por las oraciones del apóstol Pablo, para que el sacrificio, que te es grato por ser institución tuya, lo sea aún más por el patrocinio de tal intercesor.

CONMEMORACIÓN SAN PEDRO

PREFACIO DE LOS APÓSTLES

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, suplicarte humildemente, Señor, que no desampares, Pastor eterno, tu rebaño, sino que, por tus santos apóstoles, le guardes con tu continua protección, a fin de que le gobiernen los mismos jefes que has establecido por pastures suyos. Y por eso, con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

En verdad os digo que vosotros, que lo habéis dejado todo y me habéis seguido, recibiréis el ciento por uno y poseeréis la vida eterna.

POSCOMUNIÓN

Recibidos, Señor los sacramentos, te rogamos, por intercesión del apóstol san Pablo, que el sacrificio celebrado en su honor redunde también en nuestra salud.

CONMEMORACIÓN SAN PEDRO